

DE ADVER- BIO.

Quid est Adverbium?

Adverbium est quod Actionis aut Passio-
nis circumstantiam una voce effert.

Quot accidunt Adverbio?

Duo: Significatio & Comparatio.

SIGNIFICATIO.

LOCI Adverbia quintuplicia sunt: *In loco, De loco, Per locum, Ad locum & Locum versus.*

In Loco: *Hic, isthic, illic, ibi, inibi, ibidem, ali-
cubi, alibi, intus, foris, passim, ubique, ubiubi, ubicunque,
ubique, usquequaque, utrobique, usquam, usquam, nus-
quam, longe, peregre, superne, ante, pone, infra,
supra.*

De Loco: *Hinc, isthinc, illinc, inde, indidem, ali-
cunde, aliunde, utrinque, undique, undecunque, undelicet,
desuper, cominus, eminus, divinitus, caelitus, fundi-
tus, radicitus, antiquitus, intrinsecus, extrinsecus,
forinsecus, altrinsecus, intus, foris, peregre, inferne,
superne.*

Per locum: *Hac, isthac, illac, quaqua, quacunque,
aliqua eadem, recta.*

Ad locum: *Huc, isthuc, illuc, eò, eòdem, illò, istò,
aliò, aliquò, utrò, utroque, neutro, quòvis, quoquo, quo-
cunque.*